

Klassieke Olympiaden – Latijn volwassenen 2015-2016



Inleiding

Firmicus Maternus probeert mythologische verhalen te ontmythologiseren. In deze tekst wordt de heimelijke aanslag van Juno beschreven om wraak te nemen op Jupiter vanwege zijn onwettige zoon Liber.

Tekst

Liber itaque Iovis fuit filius, regis scilicet Cretici. Hic cum fuisset adultera matre
progenitus, nutriebatur apud patrem studiosius quam decebat. Uxor Iovis, cui
Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota ad necem infantis omnifariam
parabat insidias. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris
5 ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis sicut sibi videbatur custodibus tutelam
credidit filii. Tunc Iuno opportunum insidiarum nancta tempus et ex hoc fortius
inflammata, quia proficiscens pater et sellam regni puero tradiderat et sceptrum,
custodes primum regalibus praemiis muneribusque corruptit, deinde satellites suos,
10 qui Titanes vocabantur, in interioribus regiae locat partibus, et crepundiis ac
speculo adfabre facto animos ita pueriles inlexit, ut desertis regiis sedibus ad
insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur et ut
nullum possit necis inveniri vestigium particulatim membra concisa satellitum sibi
dividit turba. Tunc ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni
15 crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani
cadaveris inauditis usque in illum diem epulis vescerentur. Cor divisum sibi soror
servat (cui Minerva fuit nomen), quia et ipsa sceleris fuit particeps, et ut
manifestum delationis esset indicium, et ut haberet unde furentis patris impetum
mitigaret. Reverso Iovi filia ordinem facinoris exponit.

Aantekeningen

3 omnifariam *adv.*

op allerlei manieren